



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

179. Coniux quando teneatur reddere debitum petenti sub onere peccati  
mortalis? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. res. 36. ibid.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Nullum, quia vni desuit consensus verus, nam in tali casu docent sufficere, ut iste renoveret consensus absque eo, quod alter, qui vere & legitime consenserit, hoc fecit, & iterum de novo consentiat. Sed contrarium docet Pontius de matrim. lib. 4. cap. 24. num. 3. Hurtado de matrim. disp. 3. difficult. 9. num. 33. & alij; & ita determinasse Clem. VIII: de hoc casu interrogatum a sacra Poenitentiaria, testatur Paulus Comitus in respons. moral. lib. 1. quest. 120.

## RESOL. CLXXVIII.

An in negatione debiti coniugalis detur paruitas materia? Ex p. 5. tract. 5. Rel. 14.

**S. I.** Respondeo negationem debiti esse peccatum ex genere suo mortale, & contra iustitiam commutativam. Ita communiter omnes, & probatur, quia violatio iustitiae commutativa est ex genere suo mortalis nisi paruitate materia, aut alia causa. Sup. his venialis sit. Dux eis mortale ex genere suo, quia aliquando potest esse veniale, videlicet ex paruitate materia, vt si uno frequenter exigenti, alter raro debitum negat, aut illud ab breve tempore differat: vt si coniux die negat redditus noctu, nam leuis materia est sepiissime concedere, semel, aut iterum negare, aut ad modicum tempus differre, quod intelligendum est, si ex aliqua parte ceteris incontinentia, pollutionis, aut morbi periculum, nam eo imminenti mortale eset negare, aut differre, & ita docet Cornejo in 3. part. D. Thomas tract. 6. de matrim. disp. 5. dub. 1. quest. 2. & alij.

**S. II.** RESOL. XIV. pag. 143. insine resol. addantur haec: Et praesertim Basilius Pontius de matrim. lib. 10. cap. 2. num. 5. Non desinam tamen hinc apponere ea, quae circa presentem questionem docuit Adamus Tannerus tom. 4. disp. 8. quest. 6. dub. 2. num. 16. vbi sic agit. Quoties seclusa causa iusta negandi debitum, alter coniux, non obstante excusatione, fieri instat, & virget debitum, mortale est negare debitum. Ex quibus colligitur, nec paruitatem quidem materiae tali casu a peccato mortali excusari, etiam si vel semel tantum iuste, ac instanter petenti (esto ex parte petentis interuenient quaedam intemperantia culpa) debitum negetur. Namirum, quia unicus etiam actus coniugalis, non solum tamquam debitum fidei coniugalis, sed etiam ut remedium concupiscentiae, & prolixi, seu posteritatis seminarium, gravis materia est. Quare non intelligo quid Sanchez lib. 9. disp. 2. num. 11. docet, si coniux exigenti negat raro debitum absque periculo incontinentia exigentis, non esse mortale negare debitum. V. g. inquit, solet vir pereire quater in mense, & petat iterum non erit mortale vxorem ea quinta vice negare, sine periculo incontinentiae. Leuis enim res censetur semel, vel iterum negare, vt sit culpa letalissima. Sed re vera si seria, & constans sit petitio, nam raro petenti negari non poterit sine peccato mortali; quia respectu tanta raritatis non potest videhi parua materia, etiam unica debiti negatio. Hucusque Tannerus. Verum sententiam Sanch. quam ipse impugnat, inuenio docere etiam Pet. Ochagana de sacr. Matr. iv. 5. q. 1. num. 6. vbi finiat, esse peccatum leue denegare debitum, quando raro denegatur, vt si vir quater soleat petere in mense, non est mortale quinta vice debitum in mense denegare. Ita ille. Sed quicquid sit de hoc, suadendum est coniugibus, vt faciles se in hac re ostendant, ne sua morositate animum coniugis ad amores illicitos auertant.

## RESOL. CLXXIX.

Coniux quando teneatur reddere debitum penitenti onere peccati mortalis? Ex patt. 5. tract. 14. & Msc. 2. Ref. 36.

**S. I.** Cio ignarum Confessarium aliquando dene-  
gasce absolutionem cuidam nobilis famam,  
qua tamen in casu licito negabat aliquando debi-  
tum coniugale. Et ideo ad dubium proprium re-  
ponderet Petrus Ochagana de Sacram. tr. 5. de marri-  
g. 1. n. 6. Primo non esse peccatum grave denegare  
debitum in eo casu, quo alter coniux tantum pen-  
debitum precibus & blanditiis i nisi ex necessitate  
quis non auderet aliter exigere; patet, quia incon-  
vult coniux grauius obligare, ino sepe neque habet  
tater, quia hac ratione excusat ab omnibus pec-  
cato debitorum pecuniarum, qui suis creditoribus  
blanditiis penitibus debita, ca non solunt. Ita no-  
runt Sotus in 4. disp. 32. q. univ. art. 1. post conclusio-  
nes, & Henriquez lib. 11. cap. 15. num. 3. in fin. Secun-  
do responderet esse peccatum leue denegare debitu-  
m, quando raro denegatur, vt si vir quater soleat petere  
in mense, non est mortale quinta vice debitum in  
mense denegare; etiam peccatum leue est dum  
non statim, sed post breve tempus solutum obviu-  
m, vt si mani exigitur, & reddatur no[n]. Tertiis respon-  
detur cum Soto, & Henriquez loc. cit. nullum esse pec-  
catum negare debitum, si nimis credid, & immo-  
derante illud exigitur, secundum illud communipro-  
loquium,

*Est modus in rebus, sunt certi deinde fini.*

Quarto respondebit aliisque graui peccato denegare  
debitum, quando alter remisit illud penit, vel  
rogatus faciliter deslitit a petitione. Et hec omnia do-  
cet Ochagana vbi supra, & aliqua ex his docet etiam  
Hurtado de matr. disp. 10. diff. 11. cum alii. Dicendum  
est igitur peccatum grave esse debitum nullum  
reddere, & cum magna difficultate ei, quicquid  
petit illud, tum propter discordias, que inde solent  
pullulare, tum propter iniuriam factam alteri con-  
ferti eo modo denegando, quod suum est, tum etiam  
propter periculum incontinentiae, quod inde potest  
refutare.

## RESOL. CLXXX.

Vixit coniux teneatur reddere debitum alteri penitenti  
cum peccato veniali, v. g. quad situm, &c.  
Et notatur, quod vir habens votum castitatis, si patitur  
ex oratione reddere debitum?  
Etiamque aduersitatem probabile esse non peccatum  
coniugem reddendo debitum incusso, quia scilicet  
peccavit cum ipsius uxori confangue ante difen-  
sationem, quia non cooperatus peccato alterius.  
Ex patt. 3. tr. 4. Ref. 295. alias 296.

**S. I.** Martinus Bonacina de matrim. ques. 4. part. 3. S. 1.  
num. 9. & 10. negatiu[m] respondebat, docet in  
enim coniugem non debere debitum alteri coniugis, v. g.  
qui petet modo indebito, quod situm, nisi adit uita  
causa, ob quam excusat a petendo tali modo; nam  
petit illicite ex circumstantia actus.

**S. II.** Verum ego puto contrarium alterum esse, in  
cum Sanchez tom. 3. lib. 9. disp. 16. num. 8. cui ego ad-  
dicto Basilius Pontius de matrim. lib. 10. cap. 11. n. 4.  
& Filliicum tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. num. 108.  
Op. 218. quia peccatum veniale perentis sic debitum  
in hoc casu nascitur ex ipso affectu petentis, & ve-  
nientis.